

nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

worship we perform. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: FERIA – SEVENTH SUNDAY AFTER PENTECOST,
JULY 27, ST. PANTALEON, MARTYR**

MASS *Omnēs gentes* (green)

INTROIT Psalms 46: 2

Omnēs gentes, pláudite mánibus: jubiláte Deo in voce exsultatiónis. (Ps.46: 3) Quóniam Dóminus excélsus terribilis: Rex magnus super omnem terram. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Omnēs gentes, pláudite mánibus: jubiláte Deo in voce exsultatiónis.

All ye nations, clap your hands: shout unto God with the voice of joy. (Ps. 46: 3) For the Lord is most high, He is terrible: a great King over all the earth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. All ye nations, clap your hands: shout unto God with the voice of joy.

COLLECT

Deus, cujus providéntia in sui dispositiÓne non fállitur: te súpplīces exorámus; ut noxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, whose providence faileth not in its designs, we humbly entreat Thee: to put away from us all hurtful things, and to give us all things which be profitable for us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

For St. Pantaleon

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, intercedénte beáto Pantaleóne, Mártyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in córpore, et a pravis cogitatiÓnibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that, by the intercession of blessed Pantaleon, Thy martyr, we may be both delivered from all adversities of the body and cleansed from all evil thoughts of the mind. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE Romans 6: 19-23

Fratres, Humánum dico propter infirmitátem carnis vestræ: sicut enim exhibuístis membra vestra servíre immundítæ, et iníquitáti ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra vestra servíre justítæ in sanctificatiÓnem. Cum enim servi essétis peccáti, líberi fuístis justítæ.

Brethren: I speak a human thing, because of the infirmity of your flesh; for as you have yielded your members to serve uncleanness and iniquity for iniquity, so now yield your members to serve justice unto sanctification. For when you were the servants of sin, you were free from justice. What fruit

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Grátia autem Dei, vita æterna: in Christo Jesu Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 33: 12, 6

Venite, filii, audite me: timórem Dómini docébo vos. Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ non confundentur. Allelúja, allelúja. (Ps. 46: 2) Omnes gentes, pláudite mánibus: jubiláte Deo in voce exsultatiónis. Allelúja.

GOSPEL Matthew 7: 15-21

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces: a frúctibus eórum cognoscétis eos. Numquid cólligunt de spinis uvas, aut de tríbulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus fácere: neque arbor mala bonos fructus fácere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidétur et in ignem mittétur. Igitur ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Dómine, Dómine, intrábit in regnum cælórum: sed qui facit voluntátem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrábit in regnum cælórum.

OFFERTORY Daniel 3: 40

Sicut in holocáustis aríetum et taurórum, et sicut in míllibus agnórum pínguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi:

therefore had you then in those things, of which you are now ashamed? For the end of them is death. But now being made free from sin, and become servants to God, you have your fruit unto sanctification, and the end life everlasting. For the wages of sin is death. But the grace of God is life everlasting; in Christ Jesus our Lord.

Come, children, hearken to me; I will teach you the fear of the Lord. Come ye to Him and be enlightened and your faces shall not be confounded. Alleluia, alleluia. (Ps. 46: 2) O clap your hands, all ye nations: shout unto God with the voice of joy. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: Beware of false prophets, who come to you in the clothing of sheep, but inwardly they are ravening wolves. By their fruits you shall know them. Do men gather grapes of thorns, or figs of thistles? Even so every good tree bringeth forth good fruit, and the evil tree bringeth forth evil fruit. A good tree cannot bring forth evil fruit, neither can an evil tree bring forth good fruit. Every tree that bringeth not forth good fruit, shall be cut down, and shall be cast into the fire. Wherefore by their fruits you shall know them. Not every one that saith to Me: Lord, Lord, shall enter into the kingdom of heaven: but he that doeth the will of My Father Who is in heaven, he shall enter into the kingdom of heaven.

As in holocausts of rams and bullocks, and as in thousands of fat lambs; so let our sacrifice be made in Thy sight this day, that it may please Thee: for

quia non est confúsió confidéntibus in te, Dómine.

SECRET

Deus, qui legálium differéntiam hostiárum uníus sacrificii perfectióne sanxisti: áccipe sacrificium a devótis tibi fámulis, et pari benedictióne, sicut múnera Abel, sanctífica: ut, quod singuli obtulérunt ad majestátis tuæ honórem, cunctis proficiat ad salútem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Pantaleon

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio: et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cujus solemnitate defértur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 30: 3

Inclína aurem tuam, accélera ut erípias me.

POSTCOMMUNION

Tua nos, Dómine, medicínalis operátio, et a nostris perversitatibus cleménter expédiat, et ad ea quæ sunt recta, perdúcat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Pantaleon

Refécti participatióne múneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Pantaleóne, Mártire tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum

there is no confusion to them that trust in Thee, O Lord.

O God, who hast justified the variety of sacrifices of the Law by the perfection of this one Sacrifice: accept the Sacrifice of Thy servants who are dedicated to Thee, and sanctify it with a blessing like to that which Thou didst bestow upon the gifts of Abel: that what each one of us has offered to the honor of Thy Majesty, may profit us all unto salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May our devotion be acceptable in Thy sight, O Lord, and may it be rendered salutary for us by the prayer of him for whose festival it is offered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow down Thine ear, make haste to deliver me.

May Thy healing work, O Lord, both mercifully free us from our perversities, and lead us to those things which are right. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Refreshed by participation in the sacred gift, we beseech Thee, O Lord, our God, that, through the intercession of blessed Pantaleon, Thy martyr, we may ever experience the effect of the